



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

13 An metus mortis, vel alterius grauis damni à praeceptorum
transgressione excuset?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

hominis non est spectandus, sed id qui in constantissimum cadit. Et reg. in timore ff. de reg. iur. ubi, ubi timor nulla est excusatio. Et tradit Bonifac. clem. 1. n. 3. de foro compe. Glossa in cap. 1. de his que vi. in 6. verbo subiacere. Et ibi Franc. in fine, Lessius lib. 2. c. 17. lib. 6. c. 46. & Doctores passim.

2. Ex quo inferitur iure Ecclesiastico, neque civilis non venire rescindendum contractum leui metu celebratum, actione quod metus causa, quia hæc actio solum datur ob metum grauem vt conlat ex supradicta l. n. c. timorem, c. ex c. 1. 3. c. 4. de his que vi. esse enim occasio magna litium, si ob metum leuem daretur actio rescindendi contractum.

Aliquis Doctores placet, esto non detur patienti metum leuem actio ad rescindendum, contractum iure politico, dari tamen officio pretoris, quia æquum non est iudicem permittere, vt metum inferens commodum ex iniuria reportet, sic docet Th. Sanchez. disp. 9. n. 5. c. 6. Verum ratio metum leuem patienti subuenit officio iudicis (est possit) ne litibus ostium aperiantur, quæ ratio est iudicis, vt iudices iussu hanc leuem iniuriam permittrant. sic Basil. de Leon, relato Paulo Comit. lib. 4. de matr. c. 10. fin.

Verum est hoc ita sit, nihilominus in foro conscientie, omnes contractus tam lucrativos, quam onerosos factos per metum leuem rescindi probabilius existimo, si eos rescindere velit metum passus, quia cogens tali metu contrahere iniustitiam inferit, tenetur ergo iniustitiam illam repellere in quantum possit, ergo tenetur, si potest, res in pristinum statum reducere, reddere sicut, si coactum constituat in statu, in quo possit liberè probare, vel reprobare contractum. Nam vique hunc statum illi concedat, non manet reparatum eius ius, sed potius læsum, ita Couar. r. g. p. c. 2. n. 7. Nauar. summ. r. 17. n. 30. in fine. Nauar. de res. iur. lib. 3. c. 1. dub. 7. n. 33. Molin. 2. de iust. r. 2. disp. 267. fin. Th. Sanchez. lib. 4. disp. 9. n. 4. Lessius sup. n. 46. Rebell. 2. p. de obligat. lib. 4. q. 5. n. 9. c. 16. & alij plures, quos ipsi referunt.

3. Ex hac doctrina inferitur primò, si mulier, vel filius meto reuerentiali ductus fideiubeat, non teneri in conscientia soluere ex fideiussione, etiam si fideiussio solemnitates habeat à iure requisitas. Item si promittat solum debita patris, vel mariti moriens, non teneri soluere, & generaliter nullus tenetur stare contractui per metum leuem celebrato, sed potest se tueri exceptione iniuriæ factæ, & is qui aliquid ex tali contractu accepit, restituere debet. Ratio est, quia metu reuerentiali contentiens per iniuriam consentit, & potest ergo libertatem suam optatam recuperare, & stando in iure naturali se tueri exceptione iniuriæ factæ, sic Lessius. 48 Sanchez. lib. 4. disp. 9. n. 13. c. 14. Quare si donasti aliquid tali metu ductus, ubique non restituitur, potes occulta compensatione vii; si tamen iustitiam, debes prius iuramentum relaxationem impetrare, quam potest Episcopus concedere.

4. Secundo infertur, idem esse dicendum de consentiente precibus impoñtis, quæ crebro, & vehementer videntur consentientem, quorum molestiam non potest minore incommodo repellere, quia preces impoñtis inuoluntarium mixtum constituent, vt optime probat Sanchez. lib. 4. de matrim. ista disputat. 10. Quare est metus illius non cadat in vitium constantem, quis leuis est; at quia iniurius est, ideo patiens illum non tenetur promissis stare, & inferens metum non potest accepta ex tali contractu retinere, sic Lessius & Sanchez supra.

Dixi consentientem inuoluntariè precibus debere taliter consentire, vt molestiam illarum non possit facillè, seu sine difficultate repellere; si tamen facillè molestiam illarum repellere possit, vt possunt Prælati, & Principes beneficia, & officia concedentes precibus agitati, censeri non debent per iniuriam concedere. ita Lessius num. 48, qui dicit sæpè contingere concedentem aliquid precibus impoñtis, est in concessione fuerit iniuriam, at in retentione non esse, sed concessione facta, nullo modo vult sibi donatum reddi. Et tradit Basil. lib. 4. §. 12. num. 3. c. 10. sæpè enim Principes grauari precibus supplicantium volunt, diffidentque, ne minor sit rogantium turba, vt dicebat Seneca, pluriusque sacrificium existimetur.

5. Sed aduersus supradicta obstat Ioann. Med. Cod. de res. iur. 4. 3. causa 2. vers. hat remissio. asserens metu leui extorta obnoxia restitutioni non esse. Idem docet Basil. de Leon lib. 4. de matrim. c. 10. num. 5. solum ea ductus ratione, quod metus leuis facillè repellit potest. Sed probari vrgentius potest. Primò, quia in iure negatur actio patienti metum sic donata recuperandi. Ergo ceteri iure recuperandi, aliàs ius negans actionem cooperaretur iniustitiz illatz, seu illam continuaret. Confirmit. Iniquum est innocentem punire, nocente manente indemi: at si accepta per metum leuem restituenda sunt in foro conscientie, iniquum est patienti metum denegare actionem ea recuperandi. Secundo forum internum consuetudine debet esse externo, quando externum falsè presumptioni non innouitur, vt sæpè diximus; sed externum cognitio metu leui adhuc negat restitutionem eorum, quæ sic sunt acquisita. Ergò in foro conscientie non debeat restitui. Tertio matrimo-

nium sic contractum validum est. Ergo & alij contractus simili esse debent. Probo consequentiam: nam metus qui alios contractus rescindens constituit, matrimonium nullum reddit, quia maior libertas in matrimonio est requisita, quam in alijs contractibus. Ergo contra metus, qui matrimonij valori non obstat, non obstat firmitati aliorum contractuum. Quarto si acquisita per metum leuem restitui deberent ratione iniuriæ factæ, non solum inferens metum ea restituere deberet, sed etiam quilibet illorum possessor; siquidem patiens metum semper habet ius, vt sibi detur satisfactio de iniuria illata, quæ satisfactio nequit fieri, nisi recuperando rem sibi ablatam per metum; potest ergo à quolibet possidente recuperare. Hoc autem videtur falsum, quia si possidens non tenetur sic accepta patienti metum reddere, quia non tenetur ratione iniuriæ acceptationis, cum ipse nullam iniustitiam commiserit, ignarus enim fuit, vt suppono, metus illati, neque etiam tenetur ratione rei acceptæ, cum hæc non sit patientis metum, sed possidentis. Ergo ex nullo capite est obligatio sic accepta restituendi, in his ex parte consentit Azor. lib. 1. c. 11. q. 16. dum dicit extorta per metum leuem, qui est causa actus, & sine quo actus non fieret, esse restituenda, secus si solum sit causa impulsiva seu extorcativa, & qua non intercedente actus fieret.

4. Verum his argumentis facillè responderetur. Ad primam admitto patientem metum leuem carere iure forensi recuperandi sic donata, esto non careat iure naturali, neque proinde Ecclesia, & respublica negans hanc forensis actionem cooperatur iniustitiz factæ, sed illam permittit ob bonum commune, scilicet ne respublica litibus perarbitretur. Ex quo fit nihil iniquum facere priuando innocentem forensi recuperatione.

Ad secundam, forum internum externo conformatur. Externum autem non negat restitutionem faciendam esse, sed negat faciendam esse compulsionem iudicis. Adde, esto non detur actio quod metus causa, ad rescindendas donationes, & quoslibet contractus metu leui celebratos. At bene potest officium iudicis imporari, & officio iudicis tales contractus rescindi, & æquum est, vt ita fiat, ne inferens metum commodum aliquod reportet ex sua maiuita; vel ne patiens metum damnus iniustè patiatur. sic glossa cap. cum dilectus, de his que vi. & ibi Panor. in n. 9. Anton. n. 16. Ancharan. n. 2. & tradit Garcia de nobilit. gloss. 17. n. 20. Thom. Sanchez. lib. 4. disp. 9. n. 5. Lessius lib. 2. c. 17. dub. 6. in fine, & alij plures à Sanchez, & Garcia relati.

Ad tertium respondeo, metum qui valori matrimonij non obstat, non obstat firmitati forensi aliorum contractuum, obstat autem firmitati naturali, quia ceteri contractus rescindi possunt, et si validi sint; at matrimonium nequit rescindi, si semel validum fiat.

Ad quartum respondeo probabile esse sic possidentem non teneri sic acquisita restituere. ita docet Ioan. Garcia de nobilit. glossa 17. num. 29. Lessius lib. 2. c. 17. dub. 6. num. 39. c. 4. b. 5. num. 33. Verum probabilius existimo ratione rei acceptæ teneri ex iure naturali. Nam esto dominium rei transferatur sic, est tamen infirmum, & reuocabiliter transferatur ob iniuriam commissam, ac proinde quoties voluerit transferat sibi rem reddi, debet possidens reddere. sic Sanchez. lib. 4. disputat. 9. num. 6.

PUNCTVM XIII.

An metus mortis, vel alterius grauis damni à præceptorum transgressione excuset.

1. Præmittitur differentia actionum prohibitarum.
2. Metus mortis, & cuiusvis damni minuit culpam.
3. Non excusat culpam in his que sunt inuiscerè mala.
4. Quid dicendum de homicidio.
5. Quid de comestione carnis humanæ.
6. Quid de tyranno minante mortem, nisi comedas carnem humanam.
7. An metus mortis excuset ab obseruantia præcepti diuini.
8. Quid dicendum de exercitio potestatis Ecclesiasticæ.
9. An metus grauis damni excuset sæpè, non semper ab obseruatione humani præcepti, & quando hoc contingat.

1. **A**ctiones prohibitz sunt in multiplici differentia. Aliæ autem ita prætz vt nulla ratione etiam per diuinam potentiam honestari queant; quales sunt mendacium, idololatria, odium Dei, pollutio voluntaria, fornicatio, & similia. Aliæ actiones sunt quæ honestatem admittete possunt, vt est acceptio rei alienæ inuito possidente, si enim tibi concedatur à Deo facultas furripendi, nullum in acceptione peccatum committis, sicut non committis, cum ex graui, vel extrema necessitate aliquem accipis; similiter accessus ad mulierem, si facta sit propria, nullum est peccatum. Aliæ sunt actiones quæ ex se nullam honestatem, vel dishonestiam habent, habent tamen illam

illam ex diuino, vel Ecclesiastico præcepto. Hæc sunt consecratio in duplici specie, mixto aquæ ad consecrationem calicis ritus communis celebrandi sacrificium, integritas confessionis, &c. His positis.

2 Dico primò, Metus mortis, & cuiuslibet grauis damni, metus non excuset à culpa, illam diminuit. Conclusio expressa est in c. sacra. de hu. quis vi. ibi, licet metus extenuet culpam. Et ratio est manifesta, quia metus extenuat libertatem ad culpam requisitam; raro tamen, vel nunquam illam in tantum extenuat, vt ex peccato mortali faciat veniale, sed res intactas relinquit. sic Salas 1.2. q. 6. art. 6. tract. 3. disp. 3. sect. 1. n. 28. Syluest. verbo metus. q. 7. Sanchez lib. 4. de matr. disp. 1. n. 6. Villalob. tr. 3. disp. 7. n. 46.

3 Dico secundò, Metus mortis non excusat in his quæ sunt intrinsecè mala, quæque nulla ratione honestari possunt. habetur supra dicto cap. sacra. ibi, cum ob nullum metum peccatum fieri debeat, & ex terminis liquet, si enim actio intrinsecè mala est, metus, cum libertatem non tollat, tollere eius malitiam non potest: hæc enim ratio non licet mentis obtundendam vitam, neque adulterari, neque fornicari, neque pollutionem procurare, neque homicidium facere, quia omnes hæc actiones intrinsecè malæ sunt.

4 De homicidio non deservunt Doctores, qui assererent licere tibi occidere innocentem, si à tyranno minis occidendum, nisi occidas, sic docuit Iafon §. si minus, n. 17. Infr. de actionib. & Cynus l. 1. C. unde vi, qu. penult. excusat scilicet occidendum vxorem adulteram, mandato domini minantis mortem. Salicet. l. 1. c. unde vi. Bart. l. si seruus ff. de noxal. actionib. quia in ea l. aperte dicitur scilicet nihil deliquisse, qui domino iubenti obtemperauit. & Ioan. Anan. cap. interfecisti, n. 18. de homicid. excusat illum, qui metu tyranni alium occidit. Cardinal. cap. sacris. de hu. que vi. Ratio esse potest, quia si te fugiente hostes, adit in itinere innocens, quem pedibus debes conculcare, si trahas; non obligaris detinere, sed pro defendenda tua vita potes eorum prosequi, etsi in cursu innocentem interficias. Ergo pro defendenda tua vita potes innocentem vitam priuare.

Nihilominus Catholica sententia est ob nullum metum licere directè innocentem vitam priuare. habetur Exod. 23. infontem, & innocentem non occides, quia auerfor impium. Ratio est, quia nemini datum est dominium vitæ alterius. Ratio nemini licet alterum occidere. Neque obstat ratio contraria. Fateor inquam, te posse fugere, etsi in fuga innocens sit occidendus, quia tunc innocens occisio non intenditur, sed per accidens, tam respectu tui intentionis, quam fugæ contingit. sic Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 59. Hæc enim ratio tibi licet in defensionem tui vel alterius aggressientem interficere, quia non interfecionem, sed defensionem per se intendis idèque in l. ut vim ff. de iust. & iure dicitur, qui ad tutelam sui corporis aliqua facit, id iure scilicet videtur. quare sola occisio innocens per se intentia, est quæ prohibetur taliter, vt nulla ratio valeat honestari, non tamen occisio indirecta, vnde etsi respublica singulorum dominium habeat, possitque pro communi bono innocens vitam periculo exponere, vel tyranno occidendum tradere, quia etiam ipse innocens vel ex pietate, vel ex iustitia legali pro communi bono obligationem habet se tradendi. At nullo modo licet reipublice per se, & directè innocentem occidere, etsi sciat tyrannum occisione illius fore contentum, quia occisio innocens de se mala est, neque est medium per se ordinatum ad reipublice defensionem, sed ex malitia tyranni, cui non licet cooperari, vt optime probat Lessius lib. 2. de iust. c. 9. dub. 7. n. 37.

5 Secunda actio, quæ vocatur in dubium, an sit intrinsecè mala, est comestio carnis humanæ, hominum, inquam, qui aliàs sunt interfecti.

Valent. 2.2. d. sp. 9. q. 3. p. 1. col. 3. absolute defendit esse intrinsecè malam neque honestari posse timore mortis. Probabile reputat Victor. rel. de temperamen. n. 6. Azor. 1. lib. 7. inf. mor. c. 33. q. 4. Ratio est, quia natura ipsa hanc comestionem execrat, vt potè barbaram, & ferocem, illaque vitæ barbaras, & brutis feriores appellamus: signum ergo est, esse intrinsecè malam.

Nihilominus probabilis existimo, hanc comestionem non esse ita malam, quin ex grauisima necessitate honestari possit, sic Nauarr. cap. 23. num. 122. Etmanuel d. verbo comedere n. 1. in editione Complut. & Roman. Caietan. quæst. 148. art. 2. ad 2. Tolet. post. ib. 7. de pecc. mortal. cap. 60. n. 3. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 2. num. 10. Thom. Sanchez lib. 1. Decalog. cap. 18. n. 12. Bonacio. disp. 2. de pecc. q. 8. p. 2. n. 13. Ratio est, quia horror insuetus in comestione carnis humanæ honestari satis videtur extrema necessitate, & horrore mortis: horror enim mortis alium horrorem vincit, magis enim durum, & horridum apparet te velle morti tradere, & fame perire, cum facile possis vitare, quam horridum sit vesci carnibus, quæ feris, & auiibus comedendæ relinquuntur. Secundò tota malitia huius comestionis sita est in indecentia, & horrore, quem secum trahit comestio carnis eiusdem naturæ cum comedat. Sed hæc indecentia non obstat, quominus in medicinam sumatur caro hu-

mana vigentis condita, vt contingit in medicamento, quod medici mummiam appellant. Ergo neque etiam debet obstat, quominus sumatur in medicinam vigentis necessitatis, siue caro sit condita, siue non: condimentum enim non videtur variare naturam cibi, & ex alia parte necessitas vigens est quasi quædam naturæ infirmitas. Poterit ergo in huius remedium applicari.

6 Ex his patet quid tibi faciendum sit, si tyrannus minetur mortem, ni comedas carnem humanam? si enim tali comestione intendit detestari huius abstinentiam quasi malam, vel inutilem, & superfluum, debes omnino abstinere, & mortem subire; aliàs irrationabilem consuetudinem comedendi carnes approbares, & illius abstinentiam laudabilem reprobares, quod est intrinsecè malum: qua ratione non licet idololatriam vesci, sic docet Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 2. num. 11. Quocirca quotiescunque in odium religionis, vel legis aliquid faciendum imperatur sub comminatione mortis, aliàs licitum, nullo modo licet tibi illud efficere, quia religionem, & legem sanctam factio ipso reprobares. Quapropter sanctissimus Machabæi, cum compellerentur à Rege Antiocho carnem porcinam manducare, obedire noluerunt, quia in odium sanctæ legis talis comestio imperabatur, 2. Machab. c. 67. Venim si alio sine de se honesto tibi comestio carnis humanæ imperatur, sub comminatione mortis, poteris iuxta supradicta ad vitandam mortem comedere, quia tunc verè adest extrema necessitas, quæ est ratio excusans hanc comestionem, ita Thom. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 18. num. 23. cum Victor. Rel. de temper. n. 6. Laudabilis tamen procederes, si mortem subires, non tamen teneris medio ita de te indecenti, & horribili vitam consecrare, vt multis exemplis probat Lessius supra n. 12. Bonacio. n. 15. Idem quod dictum est de comestione carnis humanæ, dicendum est de cibis idolo immolatis, non enim licet vilo timore vesci illis si in odium & contemptum nostræ religionis impetret, scilicet verò constante tali sine: ita Valsq. 1.2. disp. 162. c. 5. Bonacio. disp. 2. de pecc. q. 8. p. 2. in fine.

Aliæ sunt actiones iure naturæ prohibitæ, vel imperatæ extra eorum necessitatem, illo tamen adueniente honestari dicuntur, qua ratione famuli intercedentes dominis, illosque comitantes in executione iustis amoris, remigantes in tritibus Turcarum, debitores, depositarij in soluendis debitis, vel depositi excusantur, de quibus, & aliis multis exemplis suis locis erit sermo, præcipue tract. de charit. disp. de scandalo.

7 Dico tertio metus mortis excusat etiam ab obseruantia præcepti diuini positiuè respicientis utilitatem propriam, & specialem operantis; scilicet verò respicientis bonum commune. Vtramque partem tradit Salas tract. 3. disp. 1. num. 35. & 36. Prioris partis exempla sunt integritas confessionis, confessio ipsa præmittenda Eucharistiæ communioni. Non enim lex diuina cum eo rigore videtur obligare. Valsquez 1.2. disp. 162. cap. 2. Sanchez lib. 1. cap. 18. num. 4. Suarez de censuris disp. 6. sect. 3. num. 7. plures referens Bonacia disp. 2. de pecc. quæst. 8. p. 2. num. 3. Suarez lib. 3. de legib. cap. 30. num. 6. & probati poterat illo 1. Reg. 21. vbi David mandauit patres propositionis, quos non licebat laicis manducare, & tamen in illo facto nullum peccatum commisit, vt constat ex Math. 12. Discipuli die Sabbati spicas colligebant, Machabæi pugnant, quæ omnia ex necessitate vigenti honestabantur, vt tradit D. Thom. 2.2. quæst. 100. a. 8. & 3. p. q. 40. art. 4. ad 3.

Ex quo fit habentem votum simplex castitatis, posse timore mortis, vel alterius grauisissimi damni matrimonium contrahere: quia votum non obligat cum tanto rigore: non tamen poterit sic contractum consummare, quia ratione metus matrimonium non contraxit. Vnde consummans accedet re suam.

Solum de susceptione communionis, vel baptismi existimat Azor. tom. 1. lib. 1. infr. cap. 11. quæst. 2. obligare eum vitæ discrimine, quia teneris certam reddere quoad possis tuam æternam salutem, quod fieri non potest absque horum sacramentorum receptione; vera enim contritio difficilis est, & ignoras an illam consequaris. Verum existimo probabilis te cum vitæ discrimine non teneri illa sacramenta suscipere, quia nec teneris ratione præcepti diuini. Aliàs cum vitæ discrimine deberes confessionem communioni præmittere, integreque confiteri, quod omnes reprobant, neque teneris ratione periculi admittendi vitam æternam, tum quia hoc periculum moraliter non inest, quoties moraliter tibi constat de conditione. Item suscepto sacramento etiam remanet idem serè periculum non enim scis an ritè susceperis, an ritè fuerit administratum: non ergo teneris omne periculum amittendi salutem vitæ; sed solum mortale, & probabile periculum, aliàs esset obligatio impossibilis. Item si es obligatus securam salutem reddere, quoad posses, suscepto sacramento confessionis, deberes Eucharistiam suscipere, & suscepta Eucharistia, extremam vñtionem, vel aliud sacramentum, vt si forte in vno fuit defectus, alio recompenetur Adde cum non sis in extremis, quando obligat confessio, & Eucharistia præceptum

quod dicitur, sed locus concedatur ea alio tempore sumendi, esse omnino periculum propositum amittendi aeternam salutem, quia vique periculum fit mortis, non periclitatur aeterna salus, & ita docet Thomas Sanchez lib. 1. cap. 18, n. 10. cum Soto lib. 1. de insti. q. 1. art. 4. ad fin. corp. Cordub. sum. p. 137. d. 4. Arag. 2. 2. q. 62. art. 3. in 1. dub. circa solutionem ad 4.

Exempla posterioris partis conclusionis sunt sigillum confessoris, consecratio in duplari specie, illius cum umptio, rita sacramentorum confectio, scilicet Eucharistia in pane triticeo, absolutio sacramentalis rite dispositio, vel cum debita iurisdictione, extrema vincto infirmo, & non sano, & alia huiusmodi, hae enim omnia nullo modo licent fieri, etiam si obinde mortem deberes subire, quia bonum commune religionis, quod his praecipis attenditur, praeponi debet cuilibet particulari damno: sic colligitur ex Sanchez supra n. 8. Suarez t. 5. in 3. p. disp. 6. sect. 3, n. 3. Sed obicitur, nec cadente in constantem ritum poteris contrahere matrimonium absque peccato (dummodo illud non consummes) vt optime probat Thom. Sanchez lib. 4. disp. 16. n. 6. a. ias si peccares in tali contractu, non permittere- ris ab Ecclesia contrahere ob vitandam temporalem periculum, sicuti petmittitur eum locum, c. veniens, de sponsal. sed qui contrahit metu, efficit sacramentum nullum, sicut efficit, qui indispositum abouit, vel in materia indebita consecrat. Ergo non omne prohibium ratione boni communis debet praeferi cuilibet particulari damno.

Respondetur esse clarum differentiam inter sacramentum matrimonij, & reliquorum sacramentorum consecrationem, Sacramentum enim matrimonij habet pro materia, & forma esse contractum legitimum. At quando contrahis metu, non afficit contractum, non quidem tua culpa dum metum non intuleris, sed culpa infertoris, illa autem culpa interueniente irritatur ab Ecclesia contractus in tui fauorem, ac proinde sic contrahis non peccas, quia non apponit materiam, neque formam indebitam sacramento, cum ibi non sit contractus legitimus, in quo materia, & forma huius sacramenti consistit. At in reliquis sacramentis, cum determinatae sint eorum materiae, & formae, si de facto ab unctionem indispositum impendas, vel verba consecrationis super aquam profetas, iam formam, quae de se forma est, super indebitam materiam constituis, ideoque grauius peccas, & in his consentit Thom. Sanchez lib. 1. in Decal. 2. 18. n. 4. Valent. disp. 12. g. nar. q. 1. p. 2. §. respondit ad primum argum. Regid. de sac. disp. 28. dub. 3. Basili. de Leon. lib. 4. c. 16. n. 4.

8 Ab hac regula excipit Thom. Sanch. supra n. 8. exercitium potestatis Ecclesiasticae. Affirmat namque excommunicare absque potestate non esse tanti momenti, quin timore mortis honestari possit, praecipue cum nullum damnum ex tali excommunicatione, reprobata, excommunicatio proueniat. Mihi tamen hac exceptio non probatur. Affirmo namque tale exercitium illicitum esse, nec timore mortis posse honestari, quae est fictio, & simulario potestatis, & quasi in opere mendacium, ac proinde est nullum damnum alicui infertis, sicuti non infert ioculum mendacium, habet tamen de se malitiam, quae timore mortis nullo modo tollitur, & ita docuit Suarez supra n. 3.

Ioan. vero Sanchez disp. 3. §. 1. n. 6. aliam limitationem adducit, quae audaciam, & temeritatem videtur redolere: affirmat namque ob grauem causam in administratione sacramentorum vti posse simulatione, & huius simulationis varia exempla adducit. Prima inquit, si haereticus minatur mortem, si non consecraret omnem panem in foro extranem, poteris vti aquiuocatione, & intentionem non habere consecrandi. Secundo poteris Confessarius verba absolutionis sine intentione profere circa indispositum, si alia via maius comminatum vitare non poteris. Tertio poteris ob solatium scrupulosi anxie petentis absolutionem, cum tamen indispositus sit verba sine intentione profere. Quarto licet Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam, pro consecrata mulieri, quam cogit maritus ad communicandum, quae sine iactura opinionis non potest communicatione omittitur, quia in omnibus his dicitur sufficiens causa vtendi aquiuocatione, & simulatione, et idololatria, quae inde sequitur, est solum materialis, & non formalis. Hae tamen mihi nullo modo probantur. Tum quia illa simulatio non obstat, quin verum actum iurisdictionis exerceas circa rem diuinam, & supernaturalem. Tum etiam, quia in foro exterioro sacramentorum factus vltus videtur esse, quasi quaedam exterior idololatria. Adde etiam alij ob ignorantiam ab idololatria excusentur, tu vero excusari non potes, cum materialis illorum idololatria tibi sit voluntaria. Manet ergo certum in his quae periclitantur ad communionem, & generale ritum sacramentorum ob nullam ritorem omitti posse, immutari, aut simulari, & ita tradit Suarez 3. tom. n. 30. disp. 67. sect. 4. circa fin. Valq. de Euchar. disp. 209. n. 41. & alij.

9 Dico vltimo, metus mortis, & alterius grauis damni excusat aliquando ab obseruatione legis humanae tam civilis, quam Ecclesiasticae, aliquando non. Examinare autem quando hoc in particulari contingat, & cuius mali metus sufficiat, efficit

omnes materias praesenti tractatu immiscere. Breuiter tamen dico, si lex humana prohibeat, vel imperet actum aliquem respicientem de se ritum communem, obligat ad sui obseruationem periculo mortis, quia tale bonum commune praeferi debet cuilibet vtilitati particulari. hac enim ratione non licet ob cuilibet necessitatem conficere sacramentum Eucharistiae, sine vestibus sacris, neque sine mixtione aquae, & aliis huiusmodi, quia sunt actiones respicientes ritum communem. Video tamen contrarium sentire Bonac. disp. 2. de pecc. q. 2. p. 2. num. 9. cum Anton. 3. p. rra. 1. 3. cap. 6. Salas de legib. disp. 1. 1. sect. 1. n. 8. versus secundo adde. Valquez disp. 161. c. 3. Valen. disp. 7. quast. 5. p. 8. quast. 4. Beccan. tom. 2. tra. 1. 3. cap. 6. quast. 4. n. 8. consentit Suarez ex parte lib. 3. de legib. cap. 30. num. 15. vbi dicit cessante scandalo, & contemptu, posse ob vitandam mortem fieri sacrum absque vestibus sacris, & adducit Ledesin. 2. p. quast. 19. art. 5. §. quast. 25. art. 3. Medin. 1. 2. quast. 96. art. 4. Nauar. cap. 25. num. 84. Mouentur, quia leges humanae non obligant cum tanto dispendio. Addunt tamen, nisi ita expositule bonum commune, quod ego semper existimo adesse in his actionibus. Verum si actiones non respiciant de se bonum commune, sed potius singularum vtilitatem, nunquam obligant cum discrimine vitae. habetur cap. consil. nm. de obseru. icium. vbi praecipuum icium non obligat cum detrimento salutis, & idem est de solutione decimatum, & audicione Missae. & cap. inter, de seuer. excomm. cap. quoniam multos, 11. q. 3. excusantur communicantes cum excommunicato ob necessitatem. Et ratio est, quia neque Ecclesia, nec republica censetur proximè intentionem habere obligandi, debet enim in suis legibus Christi legibus conformari, cuius iugum uiae est, & onus leue. Adde Ecclesiae, & republicae concessam non esse potestatem obligandi subditos cum eo discrimine, nisi communi bono necessarium fuerit, non enim cogere potest subditos bellum aggredi, nisi defensionem reipublicae intet, vt rectè dixit Salas tr. 3. disp. 3. sect. 1. num. 33. Hinc fit timore mortis, vel alterius grauis damni licere tibi matrimonium contrahere cum impedimento impediante, vel dirimente, quia non est credendum cum eo rigore velle Ecclesiam te esse obligatum, praeterquam quod in tali casu matrimonium non est, & ita docet expresse Suar. lib. 1. de leg. c. 30. n. 13.

So. um obicit potest aduersus hanc doctrinam c. sacris, de his qua vi. vbi Pontifex credit communicantem excommunicatis, si per coactionem adstrictus fuerit communicare, ab excommunicatione liberum esse: at si per metum communicet, excommunicationis lae tenet: & redditur ratio, quia licet metus atteruet culpam, non tamen eam prius excludit. Ergo metus non excludit culpam in prohibitis lege Ecclesiastica, qualis est communicatio cum excommunicato.

Hunc textum variè explicant Adrian. ma. de excommunic. §. quoad materiam. D. Thom. 4. d. 28. quast. 2. art. 4. qu. 3. Syluest. verbo metus, quast. 7. Angel. excommunicat. 8. §. 18. Nauar. c. 27. num. 33. Suarez tom. 5. in 3. p. disp. 6. sect. 3. num. 10. & disp. 15. sect. 2. num. 13. & lib. 3. de legib. cap. 30. hinc Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 18. num. 4. Salas tr. 3. d. 3. §. 1. num. 34. Couarr. cap. alma. 3. p. §. 3. num. 9. Mihi tamen ea explicatio magis probatur, quae affirmat loqui text. non de qualibet communicatione cum excommunicatis, sed de communicatione cum excommunicatis in crimine criminis, seu de communicatione quae cederet in contemptum religionis, vel legis Ecclesiae, quae communicatio cum intrinsecè mala sit, ob nullum metum honestari potest.

PUNCTVM XIV.

Qualiter metus probandus sit.

- 1 Metum allegans probare debet.
- 2 Probatus huius quae inducunt grauem metum metus probatur.
- 3 Coniecturis metus probatur.
- 4 Sufficiens coniectura est, si praecessisset tractatus de te cogendo.
- 5 Item si fuisse reclusus.
- 6 Penitentia alicuius facti indicat aliquantulum coactum factum fuisse.
- 7 Probatio metus iudicis arbitrio relinquatur.
- 8 An duos testes deponentes de metu praeserendi sint multis negantibus.
- 9 Quando censetur metus purgatus.

1 Primò certum est, metum alleganti incumbere onus probationis, tum quia nemo praesumitur delictum commisisset, nisi probetur ex vulgari. i. merito. ff. pro socio. & tradit plures leges Flamini. lib. 13. d. resign. q. n. 71. tum quia metus est res facta, & factam non praesumitur, nisi probetur. c. cum Ioan. §. verum. de confessione istam, de fid. instr. l. in bello §. fact. & ff. de capt. & post. in v. uos. & tradit Menoch. cons. 11. n. 301. Male. alios allegans, verb. facta. c. n. 1. 732.

2 Secundò certum est, si quodlibet illorum, quae supra diximus,

DE
CASTRO
PALAZO
DE
SANTA
CROCE
DE
SANTA
CROCE
DE
SANTA
CROCE